

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthviani, Natione Bavari,  
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam  
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum  
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

Actio gratiarum pro crucis Domini Iesu furiosa eleuatione, ponderoso &  
violentissimo dolorosissimoq[ue] dilapsu in petram. Cap. XII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

dissima in me exerceas & agas, ut cor meum clavo intensissimi tui amoris incurabiliter vulneres, transfodias, & tibi inseparabiliter vrias, ut amore tui semper langueam, & extra te nulla affectione exire valeam. Hac firmissima anchora omnem cordis, sensuumque euagationem in te quietes, in te compescas & stabilias. Hac mentem meam repleas & confirmes, ut te Deum meum in omnibus & super omnia, proxima verò in te, & inimicos propter te sincerè verecū diligam, odientibus atque offendentibus me ex animo ignoscam, bene cupiam, bene faciam, & totis nisibus malum fideliter, exemplo tui, bono recompensare studeam, eosque tanquam singulares amicos perfectius diligam, Amen.

*Actio gratiarum pro cruci Domini Iesu furiosæ elevatione, ponderoso & violentissime doloris suo, de lapsum in petram.*

## C A P V T XII.

**N**obilissime Domine Iesu, Dei viui & castissimæ virginis Mariæ fili dulcissime & dilectissime, quam magna multitudo misericordiæ tuæ, quam immensa magnitudo charitatis tuæ, qua tam intolerabiles & innumerous poenarum cruciatu pro nobis tam mitissimè tantisque cum desiderio tollerasti. Singulariter verò in illa immanissima dolorosissimæ crucifixione tui, in qua contremuerunt omnia interiora tua, in qua immensus ille dolor manuum & pedum tuorum pertransiit omnia viscera tua, per nervos, venas & osicula, quæ in eisdem concurrunt: in qua etiam acerbitas clavorum penetrauit secreta medullarum, ossium & nervorum tuorum, intimas cordis tui medullas: qua denique tam inhumaniter extensus, tamque immobiliter cruci fuisti affixus, ut unum membrum alij succurrere non posset, cunctis pariter incomprehensibili dolore penitus corrupis.

O quam cuncta interiora extensa, læsa, & dissoluta sunt atque dilacerata. O quam amarissimè proximio cruciati & excessu dolore lachrymatus es. O quot quamque crebro singultus & suspiria emisisti, ut etiam adamantina pectora ad tui aspectum compassionem mollescere potuissent.

Vbi verò te dulcissime Iesu sic inhumaniter cruci affixissent, mox immitissimi carnifices magno cum furore, validisque clamoribus te de crucifixionis loco ad foramen, cui crux erat imponenda ac firmando super terram & super lapides, cum ligno crucis fune apposito protrahunt, ibique cum crucete subleuarunt, & in petram excisam vel foramen ferocissimè & nimis impetuose eam imposuerunt & decidere permiserunt, ita ut hoc violento casu cuncta tua sacratissima membra & interiora tremerent, & immenso dolore, ac cruciatu affligerentur collidgrenturque.

*Pro Deicastro timore, compassione & amore erga crucifixum Dominum Iesum, Preceatio XII.*

**G**ratias tibi ago ex intimis cordis mei visceribus ò amator hominum ardentesissime Christe Iesu, pro summo illo tuo erga nos amore, quem in crucifixione tui dolorosissima & ignominiosissima nobis vberimè declarasti, & quando te nudum inter duos latrones tanquam sceleratissimum omnium suspensi permisisti, obsecrans te per eundem inestimabilem amorem tuum, & per singula vulnera & dolores corporis tui, perque omnes guttas rosei sanguinis tui,

ff

confi-